UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Excommissae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

habeatur, Deciſum refert Fr. Leo *in theſ. fori Eccl. parte 2. capitul. 3. num. 25.*

10 Mortuis electis, poteſt Epiſcopus alios eligere extra Synodum de conſenſu Capituli vſque ad Synodum, ex Decr. Clement. VIII. relato à Garz. *d. c. 2. n. 72.*

11 Imò, ſi tempore concurſus nullus ſit examinator, poteſt Epiſcopus deputare nouos ſine Synodo. Rota 29. *Nouemb.* 1594. *coram Litta apud Ricc. in Praxi reſol. 355. in edit. 2.*

12 Tres debent eſſe in examine pro Parochialibus. Trid. *loco cit.*

13 Nec examinator quemquam collegæ commendet. Prou. 5.

14 Non accedant, niſi vocati ab Epiſcopo. *ibidem.*

15 Excludatur ille, qui priuatum examinandum docuit. *ibid.*

16 A ſtata prece incipiant examen. *ib d.*

17 Attendant, veſtes, vultum, geſtus, examinandi. *ibid.*

18 Fiat examen circa ætatem, mores, doctrinam, prudentiam, & alia opportuna. Trid. *loco citato.*

Vide ſupra Benefic. Parochialium prouiſio à num. 23. vſque ad 30.

19 Si vota ſunt paria, Epiſcopus, vel Vicarius accedere poteſt, quibus maluerit. Trid. *loc. cit.*

20 Idem fiat, ſi vota ſint ſingularia. *ibid.*

21 In examine ad ordines, ſeu confeſſiones, aut conciones, tres adſint. Prouinc. 5

22 Et præſente Epiſcopo, ſeu Vicario, ſi voluerit adeſſe. Prou. 4.

23 Non poteſt Epiſcopus ſtatuere aliquod ſtipendium, etiam minimum examinatoribus Synodalibus: &, ſi Synodus ipſa ſtatueret, decretum eſſet nullum. Deciſum refert Garz. *d. cap. 2. num.* 374.

24 Caueant ne quidquam prorſus occaſione examinis Paroch. Eccleſiarum, nec ante, nec poſt accipiant, alioquin ſimoniæ vitium tam ipſi, quàm dantes incurrant. Trid. *loco cit.*

25 Nec abſolui queant, niſi dimiſſis beneficiis, quæ quomodocumque obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. *ibid.*

26 In Synodo Prouinciali, ſi opus erit, teneantur rationem reddere, & grauiter puniri poſſunt, ſi quid contra officium eos feciſſe comperiantur. *ibidem. V. Benef. collatio. num. 16 & ſeqq.*

ADDITIO.

1 Electi aliàs in Synodo, & non confirmati in poſteriori ſynodo, non ſunt idonei in examine beneficiorum Parochialium. *Congreg. conc.* 13. *Iulij.* 1630. *& Barboſ. de offic. Paroc. par. 1. cap. 2. num. 67.*

2 Si inter examinatores aliquis adſit, qui non ſit examinator ſynodalis, concurſus eſt nullus. *Congreg. eadem Anno* 1629. & deciſum refert *Garz. de benef. q. 2. c. 2. n.* 83. 324. 341. *Barboſ. loco citato, num. 71.*

3 Intellige, ſi votum ſuum det cum alijs: ſecus, ſi tantùm interroget, & alij ſuffragia ferant, in numero debito.

Excommiſſa.

1 SVper electione Papæ, & creatione Cardinalium ſponſiones, & excommiſſæ prohibentur. Gregor. XIV. *Anno* 1591.

2 Sub pœna nullitatis, applicationis pecuniarum pijs locis; priuationis beneficiorum, inhabilitatis, excommunicationis reſeruatæ Papæ. *ibid.*

Excommunicatio.

1 AD finem reuelationis pro deperditis, aut ſubtractis rebus, non inferatur, niſi ab Epiſcopo, ex re non vulgari, & cauſa maturè cognita. Trident. *ſeſſ. 25. cap 3.*

2 Data à Vicario Generali pro perditis valet. Deciſum refert Barboſ. *alleg. 96. num. 6.*

3 Non valet. Deciſum referunt alij. *ibid.*

4 A Capitulo, ſede vacante, valet. *ibid. num. 7. & 10.*

5 Vicarios Apoſtol. eam concedere poteſt per monitorium. Deciſum. 26. Octobr. 1590. apud Barboſ. *num. 10.*

6 Poteſt Epiſcopus communicare hanc facultatem Vicario Foraneo, ſpecialiter, & expreſsè. Deciſum refert Barboſ. *ibid. num. 9.*

7 Inferiores Epiſcopo non poſſunt dare monitoria. Deciſum referunt DD. *ibid. num. 12.*